

DE
REMOTIONE CONSILIARIORVM
IMPERII AVLICORVM

AD ILLVSTRANDVM LOCVM ART. XXIV. §. 10.

CAPITVLATIONIS CAESAREAE NOVISSIMAE.

S C R I P S I T

E T

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R O

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

OBTINENDIS

A. D. XXII. SEPTEMBR. C I O I CCCXCI.

AD DISCEPTANDVM PROPOSIT

R V D O L P H V S H O M M E L

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A B R E I T K O P F I A .

1791,15
15.

DE

RIVOLITIOINE CONSILIVORIUM
IMPERII AVICORVM

AD INSTITUTIONEM POCUM AD XXXV. I. C.
CATHARINAE CARDINALE NOVISIMAE

SECRETI

REFLEXIONE INSTITUTA M. ORDINI VACUATORIAT
PRO
SVMIS IN ATRIOAE IVRE HONORIBVS

OBITUARIE

AD INSTITUTIONEM POCUM
AD INSTITUTIONEM POCUM
CATHARINAE CARDINALE NOVISIMAE

FIPSIAE

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
A D O L P H O H E N R I C O
S. R. I. COMITI
A S C H Ö N B E R G

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS MINISTRO
ET COMITI CONSISTORIANO

R E L.

DOMINO ET FAVTORI INDVLGENTISSIMO

DOMINO ET LAVATO LI MATEO LISSIMO

SCARINZIENSIS LIBRARIUS SAXONIAE
SCARINZIENSIS LIBRARIUS SAXONIAE
M. COELLI CONSISTORII

A DORNHO HENRICO
BRI COMITI
A SCHONBERG

LEVATIUS

EXCEPTE ETUSSIMO

ILLVSTRISSIME COMES,

Causae erant grauissimae, quae me mouerunt,
ut nomini *TVO ILLVSTRISSIMO*
hancke leuidensem opellam pie consecrarem. Ne-
que enim *TIBI* displicere labor facile is pote-
rit, qui in cruenda collustrandaque lege ea ver-
satur, in cuius ferendae societatem quam glorio-

se

*ILLVSTRISSIME COMES
Se IPSE accesseris, Germanorum corda lactantur.*

*Et vero etiam mibi esse maxime in officio videba-
tur, ut grates persolverem debitas, quod me in
celeberrimis illis Comitiis esse TECum paterere,
mibique eo eius scientiae pretium ostenderes, in
qua tanto TE studio tantaque industria occupa-
tum viderem.*

*Vt saluum TE semper sospitemque Deus
Optimus Maximus seruet, mecum cordati omnes
Saxones ex animi sententia precantur.*

ILLVSTRISSIMO NOMINI TWO

Lipiae d. XXI. Sept.
ccccxcl.

deuotus addiclusque
RVDOLPHVS HOMMEL.

INTRODVCTIO.

*Brevis historia monitorum, quae a Statibus Imperii
circa Iudicium imperiale aulicum in uniuersum
prolata sunt.*

Nullum Ordinum Imperii aduersus Imperatorem grauamen, si ab illo senioribus temporibus ob religionem agitato recedas, maiori cum contentione et facilius repetitum est, quam illud, quod rem attingit iudiciam. Namque priusquam Cameræ tribunal institutum esset, non deerant, qui continuis Imperatorem querelis de iudicio perpetuo in loco imperii certo constituendo adsidue oppugnarent lentam aut plane intermissam iustitiae administrationem ipsi soli attribuentes neque secum reputantes, quam multa imputanda essent partim temporum affectionibus, cum illarum litium diremto, quam Imperatores sibi et Iudicio Principum suo sub praefidio

silio instituendo reseruauerant, per suam e Germania absentiam saepe necessariam protrahi omnino deberet, partim etiam ipsis Imperii Ordinibus, qui in arbitrario isto iure, quod dicunt, manuario sibi nimis placebant, quam ut non saepius iudicij Principum Curiaeque Imperialis sententias neglexerint. Post tribunalis vero fundationem tantum aberat, ut querelae cessarent, ut potius actorum in omnibus insequentibus Comitiis argumentum essent primarium, cui rei potissimum minus firma tribunalis Camerae sustentatio et fines dubii inter iurisdictionem Caesaris et tribunalis illius largam occasionem praebabant. Etenim ubi neruus rerum gerendarum deerat, quo tribunali Camerae subueniretur, ubi porro plane non definitum videbatur, vtrum in vniuersum, an in quibus singulis causis, Imperator suam in aula iurisdictionem etiam in posterum exercere posset, neque principia certa vlo modo ab huius faculi genio exspectari poterant, prouum erat, ut Imperator iurisdictioni suae exserenda, in fraudem tribunalis Camerae in dies ampliorem locum acciperet *) magnaue iura, quae Ordines Imperii in tribunalis Camerac fundatione naclie erant,

*) „Nachdem täglich der Par-
„thejen Händel und Sachen aus
dem Reich an Unserm Kayser-
lichen Hofe wachsen“ ait Imper-
ator in Recessu Imp. d. a. 1512.
Sect. II. c. V. §. 8.

erant, paullatim denuo limitibus coercentur, vis denique Consilii imperialis tantum augeretur, quantum auctoritas iudicij Cameralis esset imminuta. Viae etiam, quae ad tuendum iudicium Cameracee institutae erant, pleraque fallebant deficiente pecunia certarumque rationum, ex quibus quaque ponderarentur, et animorum omnium in idem conspirantium copia, quarum quidem rerum inopia usquequaque esse factum scimus, ut Germania non posset emergere. Regimentum, quod dicunt, Imperii eo in primis consilio constitutum, ut sententiarum iudicij Cameralis executioni inuigilaret, Postquam bis a. 1500 et 1521. *) conflatum erat, iterum exspirauit, ita ut Carolus V. ipse de obedientia huic conuentui pro eo ac par esset minus praefita valde conquereretur. Neque feliori successu gauisum est consilium statuum ab Imperatore in Recessu Imperii d. a. 1512. probatum, ipsi octo consiliarios ad res Imperii curandas in aula sua adiungendi et suslentandi, quod haud dubie ceperant, ut res iudicaria in Caesariis sede a se ipsis magis penderet, et quum medio saeculo XVI. in primis 1544. tribunal Camerae rursus labi coepisset,

A 2

vis

*) Leges Regimento Imperii a. 1500. et 1521. scriptae leguntur in *Neuer Sammlung der Reichs Abschiede* (Fif. 1747. 4. Th. fol.) T. II. p. 56. et eod. p. 172.

vis atque potestas Caesaris et Consilii sui Aulici mirum in modum accreuit. Hoc autem status imperii non solum eam ob causam male habuit, quod iurisdictio Camerae eo ipso maxime infingeretur, sed quod interior Consilii Aulici consilio ipsis maxime vitiosa esse videretur. Hinc factum est, ut grauamina eorum perpetuo excitarentur, quae post sacrorum reformationem, mirum quantum, aucta sunt, cum inde ab eo tempore flatibus Euangelicorum sacris addictis omnes aulae Caesareae agendi rationes suspectae redderentur. Iam a. 1552. Transactione Passauensi ansam praebente, Euangelici multa contra Consilium aulicum monerunt, quod tunc temporis de causis terrarum hereditiarum promiscue cum causis imperii iudicare nondum cessauerat, ut ex protocollo Aetorum huius Consilii patet, quae inde ab a. 1548. Viennae seruantur: maxime autem id eos male habuit, quod externarum gentium Assessores in id recipiebantur, cum plures ex Italia oriundi sese inferiissent. Atque ea grauamina Imperatorem mouerunt, ut 1559. iudicium tum demum Reichshofrath dictum prima ordinatione obstringeret.^{*)} Verum quum haec ordinatio

ad-

^{*)} *Reichshofraths-Ordnung von 1559 v. in Uffenbachii Traetatu de Consilio Caesareo-Imperiali Aulico* (edit. sec. d. a. 1700) in *Mantiss. Documentor.*, p. 5. sq.

admodum manca esset, quippe quae nonnulla tantum
quoad formam iudicij externam nihil autem de modo
procedendi praeciperet, deinde quum post lenius Ferdi-
nandi I. et Maximiliani II. imperium in primis ex quo
in causa Donawerthensi Euangelicorum animi facti essent
ab Imperatoribus alieniores, religionis ratio magis magis
que se imminiseret, tribunal autem Cameræ post coopta-
tionem Adfessorum Augustanae Confessionis, quam in
Recessu Imperii d. a 1555. (§. 104. et 106.) obtinuerant,
longe reddi sibi carius visum, vno denique Euangelica in
dies firmior facta esset, odiumque litium aulicarum propter
arbitrarium in iis procedendi modum maxime inualuisset,
sanç inde effectum est, vt grauamina Euangelicorum contra
Consilium Aulae Imperialis sub finem saeculi decimi XVI.
et initium saeculi XVII. eo magis alerentur. Ann. 1610.
Pragæ, a. 1611. Norimbergæ et 1612. in Comitiis ad eligen-
dum Imperatorem habitis multa contra Consilium Aulicum
monuerunt, animis tam exasperatis vt plurimi Euanglico-
rum non tantum nacuos huius iudicij sublatos, sed iudicium
ipsum euersum cuperent, saltem non vt tribunal, sed
solummodo vt consilium Caesaris considerari vellent,
tametsi in sententiis de hac re sibi non semper consta-
rent. In eo autem omnes consenserunt, Adfessores
vtrique religioni addictos in illud esse recipien-

dos. In Capitulatione Mattheiae a. 1612. scripta Principes Electores sibi primum pacti sunt, ut Imperator Ordinationem consilii imperialis aulici mox conficiendam ipsis, antequam promulgaretur, ad examinandum proponeret, quo magis hoc consilium imperii commodo adaptaretur. Mattheias reuera a. 1614. nouae Ordinationis delineationem cum statibus communicauit, eam autem triennio post nulla fere monitorum ab ipsis interpositorum ratione habita promulgavit.^{*)} Haec ipsa incuria ad quam accedebat, quod in hac Ordinatione licet accurate et studiose confecta parum curae habitum esset Euangelicorum desideriis, quid? quod hacc ipsa Ordinatio ad executionem non perduceretur^{**)}, statibus, in primis Euangelicis, largam nouorum grauamnum copiam fecit, Bellum, quod tunc erat eruptum, tricentum annos regnante auctoritate eiusdem ordinatio.

^{*)} Hanc ordinationem exhibet Vffenbachius l. c. Mantiss. docum. p. 20. sq.

^{**) Hoc probatur inter alia per decretum Ferdinandi III. d. a. 1637. quo Imperator dicit: „Schließsichen hat ein Churfürstl. Collgium gebeten — die Verordnung zu thun, daß die von beiden hochfürstlichen Kaisern Ferdinand I.}

„und Mattheia Christmildigsten An-gedenkens aufgerichte Ordnungen „observirt werden möchten, welches „so viel die Observation istberührter Ferdinandischer Ordnung „seil die andere bis dato nicht „bestägt oder in usum ge-bracht, anlangen that, Ihrer „Kaysert. Majt. gesäßig“ (in Uf-fenbach, l. c. Mant. docum p. 79.)

niale ea mirum in modum auxit. Tum enim Imperator Iudicio imperiali aulico tamquam fulcro ad labefactatam suam auctoritatem sustentandam usus est, et Euangelici multis modis per illud sollicitati sunt. Elector quidem Saxoniae in pace Pragensi, a. 1635. conclusa, summa ope nitebatur ut querelis grauioribus mederetur, neque tamen voto Protestantium primario, vt par Adscorum ex utraque religione numerus constitueretur, potiri potuit *), interim conuenerunt de eo vt aliquot saltem Assessores Euangelici qui adhuc nonnumquam Collegio inerfuerant, ei semper interestent, deberetque noua Consilii imperialis aulici Ordinatio cum Electoribus communicari. Liber Hippolyti a Lapide tempore

*), Weil aber auch Sr. Chur-
fürstl. Durchlaucht zu Sachsen
darbei ferner gesucht, daß der
„Reichshofrat“ ebener Geßalt in
gleicher Anzahl der Religion be-
sezt werden möchte. und die Kai-
serlichen Gesandten darwider ein-
gewendet, daß die Bestellung des
„Reichshofrats“ von beiden Reli-
gions - Verwandten in gleicher
Anzahl im Römischen Reich nicht
herkommen, derowegen auch ein

„solches Ihrer Kais. Majestät nicht
zuzumuthen, wären aber des gnä-
digsten Erbietens, daß, wie Sie
und dero lösliche Vorfahren am
„Reich qualifizierte Subiecta der
„Augsburgischen Confession“ zuge-
stan von Ihrem Reichshofrat nicht
ausgeschlossen, als wollten Sie dieſel-
ben auch hinſühro gnädigſt zu be-
fordern nicht unterläſſen“ Instr.
pac. Pragens. §. 28. (in Neuer
Samml. der R. A. T. 3. p. 534 sq.)

pore istius difficultatis in lucem editus eo plus fecit ad irritandos Euangelicorum animos, quo magis et orationis vi-
gore et opinionum, licet passim temeriarum, nouitate fese
videretur commendare. Tandem a. 1643. in conuentu De-
putationis imperii Francofurti habito formula nouae Ordina-
tionis Consilii imperialis aulici cum statibus communicata
est, solemnis tamen super ea consultatio per interueniens pacifi-
cationis Osnabrugensis negotium interrupta. Id ipsum autem
pacificationis negotium Euangelicis vberimam monita sua
contra Consilium aulicum prosequendi copiam fecit, vt in
pacis instrumento eius rei medela quaedam afferretur.
Monita primaria coniunctim reperiuntur in Voto Euange-
licorum a. 1653. Osnabrugae prolatō *) quo queruntur de eo,
quod „Evangelischer theils eingekommene Lamentationen Klagen
„und Beschwerden keinen andern als contrarium plane effectum
„in so fern nach sich gezogen, daß hochmeldter aus lauter
„Römisch-Katholischen Affessoren bestellter Kaiſ. R. H. Rath mit an
„sich Ziehung so wohl der Religion - und Staats - auch wohl zu-
„weilen in Camera schon Rechtshangender Sachen, ie länger ic
„weiter um sich gegriffen, auf eines jeden auch wohl priuati Anlau-
„fen, processus et Mandata sine Clausula — — erkannt,
„dadurch den Ständen das Beneficium primae instantiae, ap-
„pel-

*) in perill *de Moser Gesch. und Erläuterungen der R. H. R. Ord.* nung (Fr. u. Lpz. 1751. 2 Th.) T. I. p. 195.

„pellationis et reuisionis entzogen, allerhand geschwinde und
 „zum Theil partheische Commisiones angeordnet, auf der
 „Commissariorum bloffe Relation inauditis partibus aſobald
 „hochbeſchwerliche Decreta, Repreſſalien und Arresten er-
 „kannt und zugelaffen, auch die Evangelischen Stände, ſonder-
 „lich aber die Frey - und Reichſtädte, zur Exekution angeſtrengt,
 „ja ſogar zum theil höchste und hohe Stände ohne vorhergegange-
 „nes Verhör und Erkenntniß der Sachen ihrer Dignität, Land
 „und Leute entſetzen, in unterſchiedliche andre Wege contra
 „Euangelicos procediret und verfahren worden.“ Ac parti
 quidem horum grauaminum in pacis Oſnabrugensis Inſtru-
 mento reuera occurſum eft. In eo enim (Art. V. §. 54. 55. et
 56.) cooptatio nonnullorum Adſefforum Auguſlanae Con-
 fessionis iterum et quidem eo modo promittebatur, vt in
 cauſis inter vtrique religioni addictos agitatis paritas iudi-
 cantium ex vtraque religione obſeruaretur et eueniēte inter
 vtrisque votorum paritate res ad Comitia remitteretur:
 ſimul etiam remedium supplicationis introducebatur atque
 fanciebatur, vt iudicij Cameralis ordinatio itidem in iudicio
 Aulico feruaretur, idque ab Electore Moguntino visitaretur,
 quod licet iamiam in ordinatione Matthiae fancitum fuerat,
 hac nunquam ad exsecutionem perducta tanquam noua le-
 ge scriptum poterat conſiderari. Nihilominus tamen
 querelae non ceſſarunt; nam partim non omnia, inpri-
 mis

mis illud, quod de Adsefforibus Euangelicis iusto numero sufficiendis cautum erat, seruabantur, partim nonnulla grauamina aut ne tacta quidem aut ad proxima Comitia remissa erant, partim denique Imperator Ordinationem Consilii imperialis aulici statibus ad examinandum communicata m. a. 1654. nulla eorum, quae status contra eam monuerant, ratione habita, promulgavit, ita ut hacc Ordinatio plane ad libitum suum confecta res adeo inculcare videtur paci Westphalicae diserte oppositas, veluti Tit. 2. §. 9. Quare Ratisbonae noua monita ab Euangelicis tradita sunt, et in his multa fundamento minime deslita, multa vero etiam duriora.^{*)} Ita enim exactam omnino paritatem Adsefforum vtriusque religionis in Consilio ex Tabularum Pacis tenore seruandam esse contendebant, qui ficta paritate suffulti vera non egerebant, neque iure suo ad Pacis instrumentum prouocarent, quo paritas non nisi in casu religionis speciali promissa fuerat; ita posulabant ut Imperator non ultra quatuor Consiliarios ex terris suis hereditariis in collegium reciperet, et sic porro. Praecipue autem Consiliariis Augustianae Confessionis ius priuatorum facrorum summopere expetebant. Sub finem

^{*)} Ap. Henniges in Meditat. ad Instrum. Pacis Cæfareo-Sueci. cum (1706. spec. VIII. 4.), specim. V. Mantiss. 2. p. 116.

finem huius Saeculi aliquid remissum esse videtur de nimis postulationibus: Ordinationi certe Ferdinandae, quam anno iam 1658. in Capitulatione Leopoldina agnitam video *) minus aduersati sunt status imperii, aegre potius tulerunt cam negligi nec feruari, atque inter hoc monitum et anteriora de visitatione instituenda de sacris priuatis Consiliariis A. C. concedendis, et pauca alia sese continuerunt. Sub initium noui saeculi noua monita non defuere, maxime de neglecta Ordinatione Ferdinandea, quae in Capitulatione Caroli VII. expressis denuo verbis usque dum noua confecta foret, agnoscebatur. Quibus quidem grauaminibus Electores in primis per Capitulationum rationem et una adiectas litteras Collegiales occurserunt studuerunt; nam si Riegerii Capitulationem harmoniam confulas, facile reperies, quam multa in Articulum vigesimum quartum Capitulationis Caesareae, qui de Conflilio Imperii aulico praecepit, hoc demum saeculo, in primis per Capitulationem Caroli VI. inferta sint, in qua etiam paragraphus quarta, quac de grauaminibus contra hoc

*) Capit. Leopold. I. art. 41. vbi
Electores Imperatori iniungunt:
, Wir wollen auch die neue ausge-
, setzte und von Unsern Vorfahren
, glorwürd. Andenkens approbierte

, Reichshofratsordnung (es seye
, dann, daß auf künftigem Reichs-
, tag ein anders verordnet werde)
, festhalten lassen.“

tribunal eorumque tollendorum modo speciatim tractat, primum adiecta est. Affecuti autem sunt, quod intendabant. Imperatores scilicet hoc saeculo, quantum in ipsis fuit, tum per diserta decreta tum per inspectionem seueriorum et iustiorem Consilium imperii aulicum in dies magis ad desideria statuum accommodare et imperio acceptius reddere studuerunt. Inter decreta illa utramque paginam faciunt ea, quae Carolus VI. a. 1711. *) et Iosephus II. a. 1766. **) promulgarunt, quorum posterius integerimum, licet paullo impetuosis, studium de Consilio aulico bene merendi, spirat, quod Virum Immortalem maxime, antequam per successionem in terras hereditarias amplissimas distraheretur, animauit. Atque sic Consilium Imperii aulicum, in primis sub Francisco I. et Iosepho II. A. A. firmam et ordinationi suae conuenientem formam consecutum est tam diu tamque ardenter desideratam, ita ut, iis auctoribus

*) Verordnung Kaiser Karls 6. wegen des Reichshofraths vom 3. 1714 in Schmaußii corp. iur. publ. Germ. academ. (ex edit. Frankii 1774.) p. 1255.

**) Dekret an den Kaiserlichen R. H. Rath d. d. Wien den 5ten

April 1766. in Fabers neuen Europ. Staatskanzley. Th. 17. p. 363. Conferri meretur: Aktenmäßiger Beitrag zur Geschichte des Kaiserl. Reichshofraths unter der Regierung Kaiser Josephs des Zweiten in F. K. v. Moers patriotischem Archiv. Th. 8. S. 79.

bus, sex Adfessores Euangelici reuera suslentarentur, numerus Consiliariorum ad octodecim reduceretur, adfessores cum summa cura eligerentur et ad ius suum cuique sine partium studio tribuendum strenue cohortarentur, iniustitia denique aduersus Euangelicos, quae olim in Consiliariis animadversa fuerat, ab eo inde tempore plane cessaret, quo philosophia et tolerantia tanta sibi iura in terris Austriacis vindicabant. Interim tamen fieri non potuit, quin in locum grauaminum ita abolitorum tanta huius iudicij efficiacia et ipsa Caesarum diligentior inspeccio nouorum monitorum anfam praberet, et, si quid video, ipsi solertiae Iosephi II. duo monita, caque grauissima, originem debent, quae in recentissima Leopoldi II. Auguſtissimi Capitulacione primum legimus. Quorum quidem prius cauet, ne a Consilio Imperiali Aulico Vota ad Imperatorem in rebus iudicariis aliter atque in casibus secundum normam Ordinationis Tit. V. §. 18 et 20. definitis, vel in rebus ad tranquillitatem publicam spectantibus admitterentur (Art. XVI. §. 15.), alterum autem prohibet, ut ne ullus Consiliarius Imperii Aulicus munere suo sine antegressa causae cognitione iudicaria priuetur. (Art. XXIV. §. 10.) Quem ultimum locum breui commentario dilucidare hac nunc opella conabor. Quodsi enim verum est, peculiares de singulis Capitulationis Caefareae locis commentationes eo utiliores

esse, quo rariores sint, spero hanc disceptatiunculam, prae-
fertim cum argumenti nouitate se commendet *), harum re-
rum peritis non plane esse disciplitaram.

Capitul. Nouiss. Art. XXIV. §. 10. p. 81. editionis Rothianae:

*Sonst aber soll wegen der Reichshofrathsstelle, Präcedenz
und Respekts dem nachgelebet werden, was diesfalls in der Reichs-
hofratsordnung versehen und dero selben Stand gemäß ist; auch
soll kein Reichshofrath seiner Stelle anders als nach vorher-
ganger rechtlichen Kognition und darauf erfolgtem
Spruche Rechtens entsetzt werden.*

I.

Explanatio huius loci historica.

Vtrum temporibus antiquioribus ex Consiliariis Im-
periis aulicis quidam munere remoti fuerint nec ne, pariter
nos fugit, ac, si fuerint, quis in iis remouendis fit proce-
dendi

*) Miror doctissimum Capitu-
lationis Nouissimae Commentato-
rem, Henricum Guilielnum de
Bülow (*Freimüthige und erläu-
ternde Betrachtungen über die neue
Kaiserliche Wahlkapitulation von*

*H. W. von Bilaw. Regensburg
1791. 8.)* hunc locum fere inta-
ctum reliquisse, cum de plurimis
aliis monitis copiose et erudite
exposuerit.

dendi modus seruatus. Vel hic quoque videre licet, quam
 aegre historia Consilii imperialis aulici, si vel internas vel
 externas eius affectiones spectaueris, careamus. Cum iu-
 dicii Cameralis fata Harprechtius in immortali opere illustra-
 uerit, mirandum est, neminem eodem studio ad historiam
 Consilii imperialis aulici accessisse, quae fere inulta iacet,
 si ab *Uffenbachii* et *Friderici Caroli a Moser* studiis discesseris,
 quorum alter in Traictatu de Consilio imperiali aulico
 veteres Ordinationes et Decreta huius consilii collegit, alter
 in Commentario historico in Ordinationem huius Consili-
 ii iam superius laudato acta corum quae in statuum
 conuentibus circa ordinationem Ferdinandeam gesta
 sunt, publici iuris fecit. Sed ne illud virginem, quod vterque
 liber fere nihil, nisi meram Actorum collectionem, con-
 tineat, et neuter eorum multum de suo addiderit, vterque
 liber, ut sponte apparat, ad plenam huius Consilii histo-
 riā non sufficit. Vtinam vni magnorum virorum, qui
 bus ex fontibus haurire contingit, vtinam *Bartensteiniis*, aut
Heffis placet, nos opere tam diu desiderato donare et an-
 tiquiori in primis iudicīi historiae facem praeferre!

In dimittendis Consiliariis imperii aulicis Imperatores
 adhuc pro arbitrio suo agere potuisse, tum id ipsum quod
 ante Capitulationem nouissimam nihil contra eorum

ante

ius monitum esse reperimus, tum Iosephi II agendi ratio,
tum omnes scriptores de Consilio imperiali aulico confirmant.
Ita I. I. Moser *) „der Kaiser, inquit, kann gar nicht nur ein-
zelne Räthe, sondern auch das ganze Kollegium, wann und
„wie er will, dimittiren“, et Cl. Mohl Moseri Nep. **),
„In Rückicht der Entlassung des Reichshofräthes ist wirklich
„nichts bestimmt. Der Kaiser entlässt nach ganz neuen Beispie-
„len Reichshofräthe ohne weitere Untersuchung und ohne allen
„Widerspruch. Sie selbst und andere Gelehrte sprechen es ihm
„nicht ab. Bei ihm tritt folglich die Regel, daß man auf eben
„die Art, wie man angenommen werde, auch entlassen werden
„müsse, in aller Ausdehnung ein“. Ex Actis Comitiorum, qui-
bus Franciscus I. Imperator electus est, patet ***), quaeſtio-
nem, num Imperatori in dimittendis Consiliariis imp. auli-
cis plane pro libitu agere liceat, motam quidem esse, sed
in tranſcurſu tantum et nullo effectu. Sub eodem autem
Caefare, Francisco I. primum Consiliarii imperialis aulici
dimiſſi exemplum occurrit, quantum equidem Viennae
comperire potui. Is enim consiliarium *Warneſum* ob ma-
gnam

*) *Vermischte Schriften. Th. 2.*
n. 3. Kap. 3. S. 202.

**) *Historisch-politische Ver-
gleichung der beiden höchsten Reichs-*

gerichte. (Ulm 1789.) S. 190.

***) *Wahlcapitulation Franz I.*
von J. J. Moser. Th. 2, S. 330.

gnam aeris alieni vim sine praeuia caufae cognitione dimitit, salua tamen ipsi per totam vitam integra pensione 4000 florenorum: quo cum muneris priuatio minus molesta missio redderetur, haec ipsa flatus imperii non male habuifse videtur. Hanc autem aliae dueae sub Iosepho II. exceperunt, nempe missiones *Comitis a Grävenitz et liberi Baronis a Dittmar*, quae cum flatibus non possent non displicere, causam, nisi omnia me fallunt, monito Capitulationi nunc inserto dederunt, quare enarrationem horum casuum paulo vberiorem subiiciam.

Comes a Graevenitz, Cancellariae Megalopolitano-Seuerinensis director vicarius, deinde ab anno 1772. Consiliarius imp. aulicus in scanno nobilium, vir ingenii et affiditatis laude valde conspicuus, per varias calamitates et in primis per vxoris luxuriam aeris alieni mole obrutus erat, a quo ut se liberaret, viam ingressus est viro tam illustri munere conspicuo parum dignam. Primum enim multa Caesaris bona domania in Bannatu Temesvarienfi sita emere instituit commercii amplissimi ibi exercendi causa, et non habens unde ea fibi compararet, pecuniam mutuam e Genua summis. Sed spes lucri faciendi eum fecellit, cum Mariae Therese A. iusu Euangelici a praediorum in Bannatu acquisitione omnino excluderentur. Quo facto consilium iniit priori ad-

C

huc

luc abiectius. Nempe Dynastiam quandam Comitis a Batthyán, Sommodor, vocatam in Hungaria sitam conduxit, sed quum iam primo anno mercedem conuentam haud soluisset, Comes ille Graevenitzium vi ex praediis suis pelere et castellum quod hic habitabat, manu militari circumcingere instituit, donec Mandato, quod dicunt, Cancellariae Hungaricae deteritus a via facti recederet. Imperator autem totum hoc negotium tam indigne tulit vt ab eo inde tempore Graevenitzio in aula comparere haud liceret. Nihilominus tamen studium nouas res tentandi in ipso non refedit. Init consilium sedem in America Hispanica, et quidem in regno Chili, figendi: quod cum ad Hispanos retulisset, responsum tulit, facile concessum iri quo dexteret, si manum opificum secum adducturus esset; ad quod respondit: „Cum multi incolae terrarum ad Rhenum sitarum patriam sponte desererent, iis facilime vel dimidiatur, prouinciam impleri incolis posse, et velle sese curam eiusmodi coloniae Lubentissime in se fuscipere, modo conditiones, quibus istis hominibus tam longinquaque a terris patriis transplantatio accepta redderetur, antea cum ipso sese fuerint communicatae.“ Hoc ipsum vero pessimum dedit. Nam licet ob difficultates plurimas ab Hispanis obstructas res ad finem non perduceretur, ipsum tamen singulare et imprudens Comitis consilium iram Caesaris maxime excitatuit,

tauit, et d. 5. Aprilis 1785. Praeses Consilii imperialis aulici litteras Caesareas accepit, quibus ipsi significabatur: „Comitem a Graevenitz ob magnam, quo laboraret, aeris alieni molem, multa et vana negotia, et attentatum *Plagium* ex litteris ad Homburgum, Consiliarium legationis d. 4. Febr. a. c. missis manifestatum, a munere suo dimitti.“ Quod cum Comiti renuntiatum esset, is solemnem dimissionem petuit, praefes autem nomine Caesaris ei regessit: „Solennia dimissionis decreta in Consilio imperiali aulico non esse in more posita: caeterum Comitem ex testimonio Praefidis circa muneris administrationem reprehensionem nullam incurrere; et dimissionis causam non in muneris gesti ratione quarendam esse.“ *)

Breui post causa exsilit similis in eo quod libero Baroni a Dittmar accidit, munere suo ab Imperatore summoto. Is enim a Duce Megalopolitano, cuius in Comitibus Confistorianis locum obtinuerat, ob nimium partium

C 2 studium

*) „Kaisertl. Majestät machten „wie er Präsident denn auch immer „an des Herrn Grafen gesammten „bereit wäre, dem Herrn Grafen „Reichshofräths Diensten keine Aus- „vor der ganzen Welt das Zeugniß „stellung, und die ertheilte Dimis- „zu geben, daß derfelbe ein geschick- „sion habe die Reichshofräthlichen „ster Rath und sehr fleißiger Arbeit- „Handlungen nicht zum Gegenstand „ter gewesen.“

studium quo ergo domum Austriae tenebatur, 1763. mis-
sus factus anno 1770. in locum consilii aulici Imperialis qui
tum ex morte Senkenbergii patebat, erat suffectus. Iam
dum per septem annos integros munere vacans ingens no-
men contraxisset, aerisque alieni magnitudo Viennae eo ma-
gis accreuiisset, a creditoribus subinde petebatur ita, vt
concursum nullo pacto euitari posse videretur. Tum Prae-
fidi*Judicij* imp. aulici literac Imperatoris traduntur qui-
bus iubetur, vt missum Dittmarum faciat et Acta iudicia
sibi ab illo curet tradi. Quod quidem Imperatoris iudi-
cium eo grauius erat, quo indefessiorem in laborando fese
Dittmarus praebuerat, ita vt cum Actis ab eo retro missis
quinquaginta quatuor relationes plane exaratas tradere pos-
set: vnde praecitate *Reußius*, V. III. *) nisi pecuniae, inquit,
imperii publicae ad alendos officiales imperii munere va-
cantes, in partibus infidelium essent quaerenda, Dittmarus
prae multis aliis inde subleuari deberet. **)

Haec

*) in *Deutscher Staatskanzley*
Th. 20. S. 456.

**) Vitam Dittmari Meiners et
Spittler VV. III. in Promtuario
historico Goettingensi enarrare pro-
miserunt, sed fidem suam nondum

liberarunt. Graevenitzii fata pe-
culiare libello recensentur: *Wahr-
haftie Erzählung der Schicksale
des gewesenen Kaiserlichen Reichs-
hofräths Grafen von Graevenitz,
zur Rechtfertigung gegen die Be-
schuldigungen*

Haec cuncta, quae hucusque euenerant, monito viam parabant in comitiis Francofurtenibus anno praeterlapsi habitis proposito, quo Caesaris in dimittendis Consiliariis imperii aulicis arbitrium restringeretur. Protulit monitum *legatio Electoral - Brunsuicensis* in Sessione XVII. ad Capitulationis Articulum XXIV. §. 10. et cum votis omnium vnaminis comprobaretur, Capitulationi infernum est, secundum tamen formulam breuiorem a Treuirensi legatione propositam. Scilicet Brunsuicensis meminerat visitationis consilii Imperialis aulici, formula ita concepta: „vt ne illus Consiliarius imperii aulicus ex solo Imperatoris arbitrio, sed non nisi post causae cognitionem sententiamque latam aut *solennem inquisitionem a legitimis huius tribunalis Visitatoribus factam* munere suo priuaretur. Cum autem legationi Treuirensi minus placeret iniecta visitationis mentio quippe rei tam controuersae, vt hac occasione decidi posse hand videretur, maxime cum reliqua moniti verba ad obtinendum monentis finem sufficerunt, et huic sententiae votum etiam Bohemici legati adstipularetur, monens, tot difficultatibus expositum iri Visitacionis negotium, vt, si ab eo remotio Consiliarii cuiusdam non

C 3

centis

schuldigungen des Freiherrn von der Trenk in einem Schreiben aus dem Meklenburgischen. Frkf. u. Lpz.
1788. 8.

centis penderet, is per omnem fortassis vitam poenam non subiret, conuentum est, verba Visitationem spe-
ctantia omittenda esse, ita tamen ut subintelligi debeat, in-
stituta forsitan Visitatione ipsi ius saluum fore in remotio-
nes modo praescripto factas denuo inquirendi. *)

II.

De iure statuum Imperii hoc monitum proponendi.

A. Cum peculiaria statuum Germanicorum iura no-
bis huius moniti iuslitiam vindicandi copiam faciant, quae-
stioni intricatae, *vtrum principi legibus speciatibus circa hanc*
rem non adstricto ius competat, viros in munere publico constitu-
tos ab eodem pro lubitu remouendi? hic neutiquam immora-
bimur, eius tamen, ne quibusdam manca videatur haec
exercitatio, veluti in transcursu mentionem iniiciamus.
Non mirum est, sententias virorum doctorum ea de
re non conspirare. Alii, enim, vti Leyser **) et Stru-
ben

*) Protokoll des Kurfürstlichen
hohen Wahlkonzvents zu Frankfurt
von 1790 (Pirk. u. Lpz. 1791. 4.)
sites Hest. S. 236. Sq. cuius prom-
ta editione Perillusris u Roth sibi

totam Germaniam obstrinxit, quae
ignorare non debebat, quid de se
et salute sua actum fuerit.

**) Medit. ad Pand. spec. 870.

ben *) omnia mero principis arbitrio reliquerunt, alii vti Iustus Henningius Boehmer **) et L. B. a Cramer ***) inter honestam dimissionem et remotionem hoc loco discrimen flatuentes in illa principem arbitrarie agere posse putarunt, in hac non item: alii vt Scheidemantel *), auctor anonymus scriptiunculae in Schloëzeri Ephemeridibus, **) illustrissimus de Carmer, ***) Malacord, ****) et alias scriptor innominatus, qui Ratisbonae anno superiori libellum eiusdem argumenti edidit *****) sustinuerunt, principem

*) Rechtliche Bedenken Th. III.
Spec. 144, S. 510.

mittiren &c. in ill. Schloëzeri Staats-
anzeigen Heft 2.9. no. 1.

**) De iure principis circa
dimissionem Ministrorum, Hal.
recus. 1741.

***) in Kleins Annalen der
Gesetzgebung in den Preußischen
Staaten Th. 1, S. 299.

****) Opuscula. T. IV. Op. XXI.

*****) Diff. dc publicis officiis
absque insta causa eiusque legali
cognitione non auferendis. Göt-
ting. 1788.

*) Staatsrecht nach der Ver-
nunft und den Sitten der vornehm-
sten Völker (Den. 1771. 3. Th.)
Tü. 1. §. 188.

*****) Versuch über die Frage:
ob ein Herr seinen verpflichteten
Beamten ohne Ursache seiner Dienste
entsetzen oder entlassen könne?
Regensb. 1790. 8.

**) Votum über die Frage,
ob und wiefern ein princeps be-
rechigt sei, seine Diener zu di-

pem etiam in mera dimissione legitimam causae cognitionem
sequi debere. Corradit utraque pars argumenta mala
pariter atque bona, ex iure Romano et Germanico, iure
item confutudinario in hoc casu certe admodum lubrico,
aliisque deponita, quae omnia consideranda non sunt, si
ex iure publico vniuersali haec quaesito dirimi potest.
Attamen eius quoque praecepta super hac re aliis alia esse
videntur. Ii, qui causam officialium agunt, assuerant,
principem dimissionis rationes reddere tum dimittendi tum
reipublicae causa teneri: dimittendi causa, quippe qui hac
dimissione non solum rei familiaris sed bonae etiam plerum-
que existimationis iacturam faciat, reipublicae causa, siquidem
dimissus in munere publico constitutus non solius prin-
cipis sed reipublicae commodo inferuebat, eaque aegre
caritura sit viro vtili, qui si princeps nullas dimissionis
causas assert, ob priuatas principis rationes dimissus esse
videtur, cum in dubio ponendum sit, cum muneri suo fa-
tisfecisset, quod princeps, si cum rebus agendis non aptum
agnouisset, ipsi hanc prouinciam non detulisset. Contra
ea vero, qui a parte stant arbitrii principis, sumendum
esse afferunt, principem in iuribus, quae ipsi reseruata sunt,
exercendis iusle et ex salute populi agere, quae quidem
praesumtio si labefactaretur, et princeps ad rationes in cau-
sis tam minutis reddendas obligaretur, ipsi reipublicae bo-

no

no male consultum iri, cum negotia tum multo lentius expediti posse per se pateret: deinde, quae pro principe in *conferendis* muneribus militet, praesumtio, vbi ius eius absolum non in dubium reuocaretur, eandem etiam in iure remouendi a muneribus ipsi denegari non posse, et sic porro. Forfitan qui neutram partem, neque principem neque populum, offendere velit, media quadam via ingredi et saluis principis iuribus statuere posset, tunc saltet populo ius contra dimissiones a principe factas monendi esse concedendum, quando manifesto constet, principem vel cupide, vel causis aut plane incongruis aut non fatis idoneis aut certe non fatis probatis moueri, quoniam iusta praesumtio principem in dimissionibus semper iuste agere tum corruere debeat, vbi contrarium in aprico positum cernatur: et hoc posito vel ex his generalioribus principiis moniti Capitulationi inserti iustitia probatur. Causa scilicet praecipua, cur Iosephus II. Augustissimus Comitem a Grauenitz et liberum Baronem a Dittmar missos faceret, odium fuit, quo in omnes officiales aere alieno oppressos inucheretur, ita ut vel ob hanc solam causam eos remouendos esse sibi persuaderet. Eum autem in eo minus recte iudicasse, vel integrerimus magni principis cultor fateri debebit. Voluit eo ipso facinoribus resistere ipsique collegio a malis cauere, quae ex rei familiaris perturbatione singulorum eius membrorum

D

in

in totum collegium et iustitiae administrationem redundare posse videbantur. Sed parum videtur animo lusstrasse, quae inde damna certa inferrentur collegio, si homines ad res agendas idonei muneribus priuarentur ad auertendum malum futurum incertum adhuc atque dubium, quodque adeo ne sumi quidem posse videretur, eo quod probitatem illorum virorum honestatemque suo ipsis in legendis iis iudicio satis declarasset. In Comite a Graeuenitz quidem praeter aeris alieni molem aliae missionis causae aderant, scilicet tot vana et vilia, quibus implicitus erat, negotia, maxime autem crimen plagii, in quod Iosephus II. feuerissimam poenam statuerat *). Hic igitur contra causarum prauitatem et pondus nihil monendum fuisse, modo de veritate corporis delicti conflitisset. Sed planum et quasi positum in aprico est, ad Caesarem singulorum huius causae momentorum scientiam haud accuratè delatam esse, cumque totam rem ex solo rumore et litteris ad Homburgum, Consiliarium legationis, datis, diiudicasse, quibus alium plane sensum subesse, ac longe fibi aliud consilium fuisse Comes affueraret: manifestum denique est,

cum

*.) Kaiserl. Edikt gegen Auswanderung und Verführung dazu d. d. Wien 7. Jul. 1768. in Schlosseri Staats Anzeigen Heft. 22. S. 214.

eum sine praevio examine aut defensione concessa dimissum esse. Cogitur itaque, vt, etiamsi causae ad munere hominem priuandum omnino idoneae adfuerint, tamen plane aliter procedendum fuisset, ac processum fuit, vt iusta nominari posset haec Comitis missio.

B. His generalioribus praemissis, num ex propriis statuum Germanicorum iuribus, iustitia legis, quam Caesari scripserunt, defendi possit, videbimus. Iam magna illa in uniuersum auctoritas, quae ordinibus ex prima imperii Germanici forma, ex paclis et obseruantia venit, neminem dubitare patitur, eos in iustitiae Germanicae rectam administrationem eodem iure inspicere, quo ad vniuersum regimen publicum quam maxime concurrunt. Et tota historia docet, quam strenue semper et illo iamiam tempore, quo res iudicaria adhuc penes Imperatorem erat, iustitiae rectae administrationi inuigilarunt, neque vnuquam hoc ius sibi extorquere passi sunt. Delibabimus exempla quaedam ad annum usque 1495. Cum anno 1235. in Comitiis Moguntinis Fridericus II. iudicem Curiae constituisse, in exordio Recessus Imperii, quo de eius cooptatione cum statibus conuenit „Item wir setzen, in „quit, vnd gebieten von unserm kayserlichen gewalt vnd mit der fur- „sten ratt, vnd mit andern dess reichs treuen mannern“^{*)}). In Con-

^{*)} Neue Samml. der R. A. Th. I. N. XII. S. 19.

stitutione Ludoici IV. Bauari Francofurti data. a. 1342**) dicitur: „Wir Heinrich von Gots Genaden, Erzbischof des heiligen Stuls zu Meintz des heiligen Romischen Reichs in tutischen Landen Obrister Cantzler veriechen offentlichen mit disem Brief, daz wir ze dem geboten hof ze Franchenford dahin der allerdurchluchtigst unser gnediger herr Keiser Ludowig von Rom uns under andern Kurfürsten, Fürsten Grafen und herren durch des richs notdurst geboten het, under andern Sachen die da ze handeln waren, uns allen da gekundet und surgelegt wurden grozz Gebrechen, die Edel vnd Unedel, arm und riche von des vorgenannten unsers herren des Keisers Hofgericht heten und liden wan von alter gewonheit oft und dikke, davor ungleich gerichtet und ertaitt wurd, und umb solch gebrechen ward er mit uns und andern Kurfürsten, die da engagen waren, und wir mit im ze rat, und komen über ein und geben auch unsfern willen und gunst darzu mit diesem unserm Brief, daz surbatz vor desselben unsers Herren des Keisers Hofgericht aller manniclichen richten sulle und muge nach König und Keiser, seine Vorvare an dem Römischem Riche Gesetzen und ire geschrieben rechten“. In multis sequiorum temporum Comitiis, imprimis iis, quae Egrae 1437. et Norimbergae 1438. conuocata erant, multa denuo acta sunt de re iudicaria melius ordi-

**) Neue Samml. der R. A. Th. I. N. XXIV. S. 44.

ordinanda. In Actis Comitiorum Francosurti 1486. habitiorum statutum perpetuum Camerae tribunal rogantes Caesari hoc iniunxerunt: „Der Kaiser lasse das Cammergericht offen, und des ohn „Unterlass, gebrauch sich darinnen oder dawider nit, denn ordentlichs „gewalts, und nit Vollkommenheit Kayserlich gewalts, Sein Gnade „sördere keine Sach an sich, heng keine an, nehme auch keine abe“ et quae sequuntur*. Denique in actis memorabilium illorum Comitiorum a. 1495 Wormatiae habitorum ius statuum de his rebus videndi plus quam vnuquam se exseruit. Dicitur ibi inter „alia**) Nun hetten Sy Churfürsten und versammbung gemainchlich hie „vor küniglichen Maiestät angezeigt: das furderlich not were zu re „den und Rathschlagen von etlichen geprechen vnd nottursten des „hayligen Reichs: Namlich das Gericht und recht gehalten und ge „mainer frid der landt angestelt, beschirmet vnd gut ordnung „in dem hailigen reich aufgericht wurd — — het die küniglich „maiestat zugeben vnd gewilligt, davon zu handeln, ordnung „fürzunemen, und Sy Churfürsten und fürsten darzu verordnet „etlich personen: Namlich den Marggraven zu Brandenburg — „die wären etlich tag Ob den Sachengesessen Ermessen und gewegen „Schweäre vnd grüsse der Henndel, und bedacht das vor allen Din „gen nutz gut auch groffe notturft sey, Richtlichen und furderlichen

D 3

gang

*) Müllers Reichstags - Thea
grum. 6te Vorstell. C. 3 l. p. 2.

S. 22.

**) Dadd. de pace publ. l. V.
c. 7. p. 830.

„gang des Rechten am ersten zu bestaten.“ *). Cum per Cameralis iudicij in hisce Comitiis fundationem pars iuriū in re iudicaria imperii ab Imperatore sibi seruatorum esset in status translata, et ius adseffores iudicio praesentandi, ei ordinationes scribendi et quae sunt de hoc genere alia, cum iis communicatum, inde sane potestati statuum in re iudicaria imperii efficacitatiue haud parum et poterat accedere et debebat. Neque quemquam praeterit, quantum speciatim ad dimissiones attinet, in Camerali iudicio non penes Imperatorem solum, sed, quae et Caesaris et imperii nomine instituta est, Visitationem huius tribunalis ius esse Adseffores Camerae munere mouendi, aut dimissiones ab ipso Iudicio Camerali prouisorie factas confirmandi.

Quo

* Quaestio vtrum statuum ante, iudicij Cameralis fundationem partes quaedam in iurisdictione Germanica fuerint singulari libello examinata est: *Ueber die Frage, ob die Stände vor Errichtung des Kammergerichts Anteil an der Deutschen Gerichtsbarkeit gehabt?*

1769. cuius auctorem *Taffinger* et alii scriptores Camerales Virum perillustrem a Burgsdorf, Regiminis supremi Electoris Saxonici Cancellarium faciunt. In huius operis laudes excurrere nolo, cum ipsum Auctoris nomen loquatur.

Quo autem certius iura in rem iudicariam imperii statibus competunt, eo magis eorum primariis, Electoribus, infracta manebunt, qui totius imperii *intima membra bases et columnae immobiles* pro iure, quod in Aurea Bulla et Capitulationibus ipsis concessum est, in quaque, quae imperium spectet, grauiore caussa cum Caesare coniunctim agendi, rei iudicariae curam praeципue sibi vindicare, adeoque iure suo monitum nostrum Capitulationi inserere poterant. Hinc ergo planum erit, nil quidquam esse vspiam, quod contra hocce monitum iure possit in medium proferri.

Ac multos quidem esse intelligo qui, cum haec iura statuum imperii Germanici in re iudicaria in vniuersum interfici non audeant, ea tamen in Consilio Imperii Aulico minime velint iis concedere. Quibus itaque statim sequente paragrapho respondebimus.

III.

Examen dubiorum, quae ex natura Consilii Imperialis Aulici moueri possent.

Videri quidem posset, dubium statim omne propterea tolli, quod iam inde a Capitulatione Caroli VII. conuentum est, ut Confiliarii Imperiales Aulici etiam Imperio sacramenti fide

fide obstringerentur, siquidem prior formula moniti Brunsvicensis, antequam a Treuirense immutaretur, huius sacramenti, tanquam fundamenti, quo monitum poneretur, primarii, expressam mentionem iniecerat. Sunt tamen qui nihilominus Consilium Imperii Aulicum pro mero collegio Caesareo habere pergent et iura imperii in Consilium illud ex illa lege sacramenti manifestata, sub dubium vocent, eo quod ex obligatione ista fidei Imperio etiam adstringendae Consiliarii ad imperii commodis consulendum, in primis ad aquabilitatem animi in ferendis sententiis a studio vacuum teneantur, neutquam vero inde cogi queat, Collegium ab imperio pendere, cum potius tum ob scopum eius originarium tum per expressas leges multifarias ab Imperii potestate prorsus liberaretur. Quod quo iure dicant, dispiciamus.

Namque asseuerant: 1. Consilium aulicum non esse quidquam aliud, nisi Consilium intimum Caesaris in rebus Imperii, iam dudum antequam Camerae tribunal institueretur, in aula Caesaris conspicuum ab imperii vi potestateque penitus liberum. 2. Ex multis locis Ordinationis Consilii aulici Imperialis, ad interim certe, a statibus agnitae manifesto apparere, Imperatorem, tamquam solum dominum ac iudicem Consiliariorum Imperii aulicorum declarari.

Nihil

Nihil ad rem puto facere, vtrum, quod mihi quidem magnam veritatis speciem prae se ferre videtur, *) Consilium Aulae Imperialis non sequiori tempore demum fundatum, sed idem sit iudicium potius et Consilium Caesaris, quo cum Imperatores causas Imperii omnes, in primis a Curiae iurisdictione exemptas et sibi seruatas, dirimerent: an demum, iudicio Camerae instituto, tamquam aliquod Palladium Imperatoriae auctoritatis, sit inuentum. Fac enim, Consilium Aulae hodiernum idem esse atque illud Caesaris consilium olim in Aula eius usitatum, tamen illo tempore hoc ipsum Consilium haudquam liberum a monitis statuum fuit: namque, quae saeculis XIII., XIV. et sequentibus viuerim exaudiebantur, quarumque alias praecedente paragrapho attulimus, de re iudicaria neglecta querelae aequae Consilium hocce Caesaris Iudiciumue principum attingebant, quam Iudicium Curiae. Quodsi itaque contra illud nil quidquam licuisset a statibus moneri, non video, quo iur: hoc reprehendere potuerint, siquidem Iudicium Curiae

*) Nam contra Puetteri, summi Viri, Beiträge zur Lehre vom Ursprung des Reichshofraths, besonders von den Zeiten Kaiser Ma-

ximilians I. (in den Hannöverschen gelehrten Anzeigen. 1750, n. 24.) Harprecht, Taffinger, alii, dubia mōerunt grauissima.

E

riae Imperialis pariter atque Consilium Aulicum ad solum Imperatorem pertinebat. *)

Quodsi autem fundato iam constitutoque iudicio Camerae hocce Consilium primordia demum ceperit, itidem manifestum est, a primo inde temporis spatio istius collegii nascentis, Imperatores monita statuum contra hocce tribunal saepissime prolatā non reieciſſe, neque pro illegitimis habuiſſe. Nonne, cuius rei Recessus imperii d. a. 1512. fidem facit, Maximilianus I. Adſeffores Consilii ſui a ſtatibus nominari paſſus eſt? „Item, inquit, haben uns Kurfürſten, Fürſten und „andere des h. Reichs Staend aufs unfer Begehrēn, aus trefflichen „redlichen Ursachen ihnen fürbracht, Acht Räth in Unfer und des „h. Reichs Sachen hiezwischen und S. Matthiä Tag ſchierſt kom-“mend zu halten bewilligt, und ſynd derſelben Vier von den Kur-“fürſten und Vier von Fürſten und andern Ständen gege-“ben und benannt.“**) Atque vniuersa illa monito-rum in Consilium Aulae Imperialis ferias, quorum gra- viſſima quaecque in ineunte libello notauiimus, et quibus

ex

*) Rationem, quaepro statuum in iure dicendo cum Caefare illis temporibus confortio inde poſſit depremi, quod ipſi in hoc Consilio tamquam iudicio Principum adſi-derent, lubricam eſſe acute docuit

Biener, Vir Illuſtris, in Beſtim-
mung der kaijerl. Macht Vollk.
Th. 1. S. 188.

**) N. Samml. der R. A. Th. 2.
S. 147.

ex parte saltem Caesares satisfecerunt, planum facit, status
se nunquam a Consilii imperialis aulici inspectione excludi-
passos esse, animumque semper eundem habuisse, quem in
conuentu deputationis 1643. habitò dux Brunsuicensis de-
clarasset: „Es würde verhoffentlich die Meynung nicht haben
„können, ob dependirte der Reichshofrath von Ihro Kayserl. Maje-
„stät dergestalt allein und absolute, dass Churfürsten und Stän-
„den, sonderlich quoad constitutionem ipsius iudicij et administra-
„tionem iustitiae gar nichts darzu zu reden, und pro salute impe-
„rii behufige Erinnerung zu thun; sitemalen solche Total-Abdi-
„kation ihnen selbst nicht weniger als der Formae Reipublicae in et-
„was selbst zuwider laufen würde.“ *) Tandem vero etiam
tum per Capitulationes (primum per Capitulationem Mat-
thiae), tum per pacem Osnabrugensem, statuum iura in Con-
silium imperii aulicum expressis verbis constituta esse, et ex-
tra omnem dubitationem posita, supra in Introductione iam-
iam indicauimus.

Alterum deinde, idque grauius, dubium, quod pro-
pius videtur monitum nostrum attingere, ex legibus expres-

E 2

sis

**) v. Meieren Regensburgische
R. T. Akten Th. 2. S. III. und
Mojer von der Deutschen Justiz-

versaffung (Frkf. u. Lpz. 1774.)
Th. 2. S. 24.

sis, scilicet ex pluribus locis Ordinationis Consilii Aulici, de-
promitur, qui Caesarem tamquam dominum et solum iu-
dicem Consiliariorum Aulicorum inducunt. Quorum potio-
res tantum hoc loco excitabimus; nascentur enim inferius ea-
dem de re noua dicendi occasio: *Unser Kayserlicher Reichs-*
, hofrath, dessen obrißtes Haupt und Richter allein Wir
, und ein jeder Römischer Kayser selbst ist (Tit. I. § 1.) —
Da unsere Reichsräthe und deren einer oder mehr sich absentiren
, oder auch sonst ohne ehehafte Verhinderung den Rath nicht ersu-
,chen wuerden, solle Uns solches angezeigt, und ihnen diesel-
be versamblte Zeit im Contralor-Amt, neben Vorbehalt
, Unsers weitern Einföhens, abgezogen, oder dieselbe,
nach Beschaffenheit der Sach, ihrer Stelle ganz verlustig
, werden. (Tit. I. §. 21.) — Es sollen auch sowohl die Re-
ferenten als Correferenten die ihnen anvertraute Sachen nicht
„obenhin, oder nur zum Theil, vielweniger dieselbe durch ihre
„oder andere ihnen selbst surgenommene Leute oder Diener durch-
„lesen und Extrakte daraus machen lassen — — und Unser
„Reichshofratspräsident — — dasselbe durchaus von keinem,
„wer der auch seye, gedulden, sondern solches das erstemahl jährks
„im gesessnen Rath, aller Nothdurft und Gebühr nach, erweisen,
„das andermal aber ohne Mittel Uns selbsten um nothwen-
„diges Einföhnen berichten“. (Tit. IV. §. 14.) His autem
aliisque locis similibus illud quidem constat, iurisdictionis

in

in ipsos Consiliarios aulicos statibus nullas esse, minime autem, eos monitis ad illam recte administrandam, quae imperii causa necessaria videntur, excludi omnino posse. Monito autem nostro, quo Imperatori iniungitur, ut Consiliarios non nisi post causae cognitionem legalem dimittat, tantum abest, ut iurisdictionem Caesaris, quantum per Consilium imperii Aulicum exercetur, non agnoscant, eamue ad se transferri cupiant, ut potius monitum ipsum illi eius exercitium iniungat: tantumque porro abest, ut aegre ferant, de delicto Consiliarii imperii Aulici, in Aula Caesarea, cognosci, ut potius hoc unum intendant, ut vere cognoscatur. Si autem regeris, Caesares, licet omnem caeteroquin iurisdictionem in Consiliarios Aulicos ipsi Collegio in perpetuum delegauerint, sibi tamen delicta et casus, ubi de munere Consiliariorum agitur, expresse referuasse, ut in iis plane pro libitu agere possint, monito autem Electorali hocco ius referuatum Imperatorum maxime infringi; verum quidem est, ut infra pluribus docebo, Ferdinandum III, in Ordinatione Aulica hoc sibi ius referuasse; sed si hoc ita intelligeret, ut ius ex libitu, fine iuris et causae cognitione Consiliarios munere pellendi, sibi referuaret, non tolli potest ab Electoribus ius a iustitia ipsa sublatum, quod Caesares, si iusti esse vellet, exercere non poterant, quare monito nostro nihil
ipsis

ipsis commendatur, quod ipsa iustitia non commen-
dasset, et nihil sibi sumunt Electores, iustitiae omnia
tribuunt.

IV.

*De utilitate ex hac lege in Germaniam pro peculiari-
bus huius adfectionibus redundante.*

Si Imperatorem inter et status semper talis speranda
foret animorum consensio, qualem recens **LEOPOLDI II**
aurcum regimen pollicetur; si tales sperandi semper Caesares
forent, qualem et liberalis illa controuersiarum Leodien-
sium compositio, et nexus circuli Burgundie cum imperio
Germanico magis firmatus, et indefessa rerum Comitialium
ra in **LEOPOLDO**, generis humani deliciis, hue usque nobis
exhibuit, profecto non esset, cur metueremus, Aulam Cae-
faream alia caufa commotam Consiliarios aulae imperiales
missos facturam, quam quod de indignitate eorum conflaret.
Attamen in eiusmodi monitis, quae Capitulationibus infes-
runtur, illius, qui eligendus est, animi ratio potissimum
non habetur, sed omni tempori futuro tales leges scribun-
tur. Quis autem est, quin videat, quantum discriminis
atque periculi statibus iri creatum ex permissa Caesari soli
potestate Consiliarios Aulae imperialis pro Iubitu muneribus

mouen-

mouendi, si quando umquam in tempora illa Ferdinandea incideremus? Forma Consilii aulici crebris statuum monitis, in primis per pacem Osnabrugensem et Capitulationes Caesareas, magis accommodata hoc uno ab soluto Caesaris iure profecto posset perire. Quid iura essent, Adsefforibus euangelicis in iudicio concessa, ipsis profutura, si verendum foret, ne in defendenda religione sua et causis Euangelicorum in tribunali tuendis Caesarum offendenter, munerisque adeo iacturam facerent? Atque egregium maxime institutum est et salutare, ut non ex prouinciis hereditariis Caesarum, sed ex aliis Germaniae terris maximam partem Consiliarii legantur, ne subiectionis et rei familiaris intuitu Caesari plus iusto tribuerent. Quid autem lex haec egregia iuaret, si Consiliarii, metu ne munus amittant, in partium studium quasi traherentur? Quid tandem omnis cura illa, qua Electores Caesari in Capitulationis Art. XXIV. §. 1. et 2. exemplum boni numerisque absoluti Consiliarii aulae imperialis, quod in legendis Consiliariis sequeretur, obumbrarunt: „desgleichen sollen und wollen Wir Unsern Reichshofrath „mit Fürsten, Grafen, Herren, von Adel und andern ehrlichen „Leuten beiderseits Religion, vermög Instrumenti pacis, aus denen „Reichskreisen besetzen, und zwar nicht allein aus Unsern Unterrassen, „Unterthauen und Vasallen, sondern mehrern Theils aus denen, so „im Reiche deutscher Nation anderer Orte gebohren und erzogen, „darinn

,dariin nach Standesgebühr angefressen und begüttert, der Reichssatzungen wohl erfahren, guten Namens und Herkommens, auch rechten Alters und gehöriger in Examine gleich in dem Kammergericht, wohlbestandener Geschicklichkeit, auch guter in solchen wohlgeordneten teutschen Dikaſterien, worin Rechtshändel vorkommen, oder auch iuristischen Fakultäten erworbenen Experienz, Quid haec, inquam, cura fatus iuuaret, si in dimittendis viris illis non pariter atque in eligendis norma quaedam seruanda Caſari effet proposita?

Sed ponamus, Caſares non niſi probum ab omniue libidine liberum confilium sequi in confiliariis munere mouendis, eos tamen vefligia premere Iofephi II. ducique opinio- nibus vanisque rumoribus rebusue fortuitis a muneris ratione alienis, tum eandem flatus calamitatem experientur. Quum summa cognitio, tum uniuersae iuris prudentiae, tum formae singularis prouinciarum ciuitatumque Germanicarum ſpecialium in Confiliario Aulae Imperialis reperiri debeat, et ad ſolum procedendi modum in Confilio Aulico vſitatum penitus perſpiciendum iustum tempus requiratur, manifestum eſt, non poſſe niſi in detrimentum rei iuditiciae fieri, si homo tanta rerum notitia instructus multo studio longoque vſu parta, munere moueat, aliisque in eius locum ſuffigatur, cui tantumdem temporis laborisque
opus

opus fit, vt officio suo recte queat fungi. „Ein Mitglied „des Kammergerichts, inquit Mohl *), hat immer ein oder mehrere Jahre zu thun, bis er sich ganz in seiner Stelle seßsetzt, „bis er die Curialien des Gerichts, sie seien nun an und für sich gut „oder schlimm, genau kennen lernt, bis er sich in die neue Gattung von Geschäften und in alle die neuen Verhältnisse findet.“ Quae quidem omnia etiam ad Consilium Aulæ Imperialis maxime quadrant.

Quemadmodum autem statuum interest, vt Consiliarius Aulæ Imperialis non nisi prævia cognitione legitima munere priuetur, sic etiam illis esse curæ debebit, vt, cum caufae cognitione faæla, poena et dimissione dignus inuentus fuerit, eam vere subeat, neque a Caesare retineatur. Namque fieri posset, vt talem virum propterea retineant, quod male cuperent statibus Imperatores, id quod rei statuum pariter esse pernitiosum posset, atque missio hominis infontis. Inde et commodum imperii postulat, vt Caesar nec talem quaestionem de Consiliario Aulico supprimat, nec fententiam de eo remouendo ex votis plurimis latam immutet, vti nunc in examine modi, quo in remouendo Consiliario Aulæ imperialis procedendum sit, fusius ostendam.

V.

*) l. c. S. 104.

*De ratione, qua ex consilio huius legis in dimitendis
Consiliariis Imperii Aulicis procedendum sit.*

Quum in hac lege et caussae cognitio et sententia iudicialis requiratur, ad quem potissimum haec caussae cognitio et sententiae pronunciatio pertineat, accuratius disquirendum erit.

Jurisdictionem in Consiliarios imperiales ipsi Collegio concessam esse, iam supra attigimus. Hoc expressae leges et usus Collegii manifesto evincunt, cum iam ex iudicii Cameralis et plerorumque iudiciorum Germaniae analogia colligi possit, quae omnia jurisdictionem in membra sua exercent. Et Ordinatio quidem Senatus Aulici Tit. I. §. 8. praecepit: „Es soll Unser Reichshofratspräsident und Räthe — — — aller Personalauflagen und Beschwerung, auch von Vormundschaften und anderm Gerichtszwang frei — seyn.“ Cum eo conspirat Capitulatio Caesarea (Art. XXV. §. 7.): „Und sie, die (die Reichshofrätthe) — — von andern Gerichten und Beamten Jurisdiction — — befreiet seyn.“ Ipsi Consiliarii aulici in voto ad Imperatorem 1649.* missi:

„Alldie-

*) Ap. J. J. Moser von der Deutschen Justizverfassung, Th. 2.
S. 103.

„Alldieuweilen, inquiunt, Reichshofratspräsident und Räthe wie
 „auch Reichskanzley-Personen (intuitu horum errare videntur,
 quod infra ostendam) gleich dem Cammergerichtspräsidenten, As-
 sefforen und ihren Wittwen — — vermögl klarer C. G. O. P. I.
 „tit. 26. §. final. et tit. 49. §. 1. keinem andern Gerichtszwang
 „als Ihrer Kaiserl. Maiest. und anstatt desselben des Colle-
 gii, Iurisdiction und Pottmäßigkeit, immediate unterworfen
 „und zugethan seyn“. Interim tamen perspicua ipsarum legum
 verba Mareschallum Aulae Caesareae non impedierunt, quo
 minus iurisdictionem Consilii Aulici in membra sua tenta-
 ret impugnaretque, et memorabilior est haec controuersia,
 quam quod non pauca ad eam illustrandam subiicerem.

Mareschallus iurisdictionem in Consiliarios Aulicos
 sibi arrogans, ius suum partim ex eo, quod sibi in Caesaris
 Comites Consistorianos omnesque, qui proxime ad Aulam
 Imperatoris pertinent, iurisdictionem competat, partim etiam
 ex actibus possessoriis deriuare conabatur, infasto pror-
 fus omnino, cum, quod ad priorem rationem attinet, colle-
 gium, quod ipsum rem iudicariam administrat, fieri non
 posset, ut cum caeteris Aulae ministris compararetur proprio
 foro deslitutis; quod autem ad posteriorem, multo plures
 actus possessoriis ex parte Consilii Aulici inuenirentur. Con-
 silium Aulicum eatenus quidem Mareschallo potestatem

causas Consiliariorum Aulicorum cognoscendi non dene-
gauit, vt eas Commissarii loco a Consilii mandato pen-
dantis praepararet atque ad sententiam quasi instrueret,
atque ita instructas Consilio Aulico ad sententiam ferendam
remitteret, cum tamquam supremum Caesaris collegium,
Mareschallum sibi, magis quam se Mareschallo, subiectum
esse iure suo sustineret. Mareschallus causas a Consilio ipsi
modo narrato commissas in se quidem suscepit, sed deinde
fines Commissorii plerumque transgressus, sententiam tulit
ipse litesque diremit, Hinc orta perpetuo inter vtrumque
iudicium contentio, quae acerrime tamen a. 1726. agitata
est. Tum enim Consilium Aulicum ex *Decreto per Imperato-
rem Mareschallo iniunxit, vt Agentem Consilii imperialis Auli-
ci, qui obligatione cambiali non fletterat, carceris custodiae
traderet.* Mareschallus autem, cuin comprehensum homi-
nem in custodiāque coniectūm plura nomina cepissent
vrgere, decreuit, eum tam diu custodia retinendum, donec
cuncta forent eius nomina dissoluta. Quod aegerrime tulit
Consilium imperii aulicum, ita vt aliud post aliud decretum
ad Mareschallum mitteret, quibus ad retractandam iniuriam
Consilii iurisdictioni illatam commoueretur. Decreta nil
proficiunt. Causam deinde senatus imperii aulicus 1728.
transfert ad Imperatorem. Res in suspenso manet. Tan-
dem vero 1742. in Capitulatione Caroli VII. loco supra lan-
dato

dato, quo Consiliarii imperii aulici a iurisdictione regimini-
nis Austriaci alisque foris eximuntur, diserte etiam Mare-
schallum Aulae Caesareae adiungunt: namque hic tuendae
potestatis praetextum in eo hucusque potissimum inuenierat,
quod expressis verbis sui pariter ac Regiminis Austriaci mentio
iniecta non fuisset. Quo quidem pacto 1742. per Caesarem
atque Imperium lis est confecta. Ab eo inde tempore Con-
sillium imperii aulicum nexum omnem cum Mareschallo
videtur sustulisse, et cognitionem rerum antea Mareschallo
commissarum sibi soli seruasse. Anno tamen 1763. nouum
inter utrumque pactum initum est, quo Consilium Auli-
cum promisit, se ex causis ad personas sui iudicij
spectantibus in posterum cognitioni Mareschallatus rursus
commissurum esse: 1. Omnes causas criminales. 2. In ciuili-
bus, causas, in quibus de Concurso creditorum agitur, omnes-
que omnino alias, quae praeparantem quandam cognitionem
exigunt. 3. Omnes fententiarum in hisce causis latarum
executiones. Hoc quidem pacto, quod etiam nunc in to-
tum seruatur, nisi quando omnis omnino iurisdictione Mare-
schallatus quiescat, quod nonnunquam, et nuperime etiam,

F 3

euenit,

*) Legitur in Branielii *Pra- (Wien 1770. 8.) Abschn. II.*
stik der höchsten Reichsgerichte Hauptft. 6. p. 80.

euenit, hoc, inquam, paſto Mareschallus iurisdictionem in membra Consilii aulici Consilio ipſi competere ſequere non niſi Commiffarii iure in eas inquirere manifesto agnouit, adeoque lis illa acerrima in perpetuum fopita eſſe videtur.

Ab hacce igitur omniq[ue] omnino alia tribunalium parte iurisdictione Senatus aulici in membra ſua nullis prorsus circumscripta cancellis eſt: per ipsum tamen Imperatorem limitatur, qui in Ordinatione Consilii Aulici certas causas ſuae ipſius decisioni referuauit, atque a collegii iurisdictione exemit. In his autem cauſis vniuersim omnia eſſe videntur vitia paullo grauiora et delicta a Consiliariis in munere geſtione commiſſa. Licet nemo eorum, qui de Consilio imperii aulico ſcripferunt, huic delictorum generi hanc ſingularem naturam eſſe, obſeruauerit; ea tamen pluribus Ordinationis Senatus Aulici locis iisque non ambiguis niti videatur. Atque aliquos eorum iam ſupra excitaui: „Daunſre — — „R. H. Räthe und deren einer oder mehr ſich abſentiren, oder auch „ſonſt ohne ehehaftē Verhinderung den Rath nicht erſuchen würden, „ſolle Uns folches angezeigt und ihnen dieſelbe verſaumte „Zeit im Contralor-Amt neben Vorbehalt Unſers weitern „Einfachens abgezogen, oder dieſelbe nach Beschaffenheit „der Sach ihrer Stelle ganz verlūſtig werden“ (Tit. I. §. 22.) Quo iungi debet Tit. IV. §. 14. ubi Imperator de commiſſis

sis Referentium agit: „solche soll der Präsident des andermal
„ohne Mittel Uns selbst um nothwendiges Einsehen be-
„richten“, et Tit. IV. §. 13. Und wollen wir Unserm Präs-
„identen und Räthen eingebunden haben, da sie entweder durch
„die Partheyen oder andere, dass der Sachen Referenten ver-
„kundschafft, oder sonst ein Rathsgemeinniſſ offenbaret oder
„ausgesagt wären, vernehmen würden, dass sie solches in offenem
„Rath anmelden, darüber dann soll Unser Präsident genugsame
„Inquisition einziehen, und nach Erforderung der Sachen
„was er deswegen in Erfahrung gebracht, an Uns gelan-
„gen lassen, damit gegen den (die) Schuldigen, ihrem Ver-
„dienen nach, ferner von Uns unnachlässig möge verfahren
„deinde werden, Tit. V. §. 14. — „Ob einer oder mehr Unserer
„Reichshofräthe sich (der Singularität im Votiren) vorsetzlich
„und gefährlich, oder aber solcher Opinionen, die keinen Grund
„haben, annehmen und darinnen eigenmächtig öfter beharren wollte,
„so solle Unser Präsident demselben solches untersagen, denjenigen
„aber, so sich daran nicht kehren wollte, Uns nahmhaft ma-
„chen, die Nothdurft dagegen vorzunehmen. His
locis singulis, quibus facilius addi plures possint, velut
Tit. I. §. 12. agi de vitiis a Consiliariis in officio
commissis, neque quidquam esse, putamus, cur ad
alias eorum causas, ne quidem ad alia delicta, extendantur,

cum

cum ipsa verba legis id non poslulent ^{*)}). His positis facile quisque videbit, qui hucusque fuerit in inuestigatione delictorum a Consiliariis imperii aulicis commissorum, et horum remotione procedendi modus: siquidem de delictis, quae muneris rationem habebant, Praeses statim ad Caesarem referre debebat, qui deinde ex arbitratu suo agebat, ita ut reo vel poenam omnem remittere, vel non audita prius iudicium sententia eum ipse extra ordinem punire, vel certe sententiam pro lubitu immutare posset. Quodsi vero alis de causis Consiliarius puniendus esset, tum quidem Caesar Senatus Aulico potestatem sententiam ferendi non disputauit, neque tamen aliquis eum prohibuit, quo minus has quoque sententias vel tolleret vel immutaret.

Sed factō tandem monito Electorali nulla potest eiusmodi libertas Caesari amplius concedi, et Consilium imperii aulicum causas Consiliariorum, munus eorum spectantes, acque ac omnes alias, cognoscere debet et dijudicare. Ad tuendos tamen illos Ordinationis Aulicae locos quantum nouae

^{*)} In Camera imperiali Officiales Cancellariae itidem alium iudicem in delictis circa munus commissis, alium in reliquis de-

lictis quondam habuerunt. Cf. Haas V. II. *Etwas über den Kammergerichtl Gem. Besch. v. 1785. Th. 2. S. 1058.*

nouae legi non aduersantur, statui posset, Praefidem de causis ad munus Consiliariorum spectantibus etiam nunc ante earum cognitionem institutam ad Imperatorem referre debere, unde vero non penderet debet Senatus Aulici cognitio nec impedita, quum lex nostra causae cognitionem iudicalem in omnibus indistincte causis exigat.

Ex quo efficitur, ut modus procedendi in causis, quibus de remotione Consiliarii Imperialis Aulici, hoc est, de delicti vitiue grauioris ab eo commissi inuestigatione et punitione quaeritur, hic sit habendus:

1. Causae cognitione et decisio ad solum Consilium Imperii Aulicum pertinebit pro ea, ac pollet, iurisdictione, legibus Imperii ipsi concessa.

2. Ea autem causae cognitione et inuestigatio non a toto collegio, neque in pleno senatu, fiet, sed, pro more Consilii imperialis Aulici, vel quibusdam Consiliariis a Praefide denominandis committetur, vel etiam ex pacto supra allato ad Mareschallum transferetur, nisi huius iurisdictione prorsus quiescat.

3. Causa coram hac deputatione fatis instructa ad plenum senatum remittetur, isque tunc sententiam feret.

4. Iam vero dubium enasci posset, quaenam in talem sententiam sint Imperatori iura tribuenda. Erit fane ipsi ad confirmandum tradenda; neque tamen quod nostro ex monito

G

con-

consequitur, ei licebit vlla ex parte illam immutare. Omnis enim, quae ad status inde redundaret, totius huius moniti vtilitas periret, si Imperatoris arbitrio hic quidquam largiremur, neque causae cognitio sententiaeque pronuntiatio vel minimum iuuarent, si Caesar illam non deberet curare, sed sententiam Senatus imperii aulici pro lubitu posset mutare: eo enim legis vim destrueret, iubentis, Consiliarium Imperii Aulicum *ex sententia iudicali* iudicari.

5. In certis tamen casibus, iisque grauissimis, ab hac regula discedendum erit, scilicet vbi leges causam non in Consilio diiudicari, sed per *Votum ad Imperatorem* deferri iubent, quod quidem non in omnibus causis paullo grauioribus, (hoc enim Art. XVI. §. 5. Capit. Nouiss. diserte prohibetur) sed in iis tantum locum sibi vindicare potest, in quibus vel vota Adsefforum paria existant Praefesque voto suo decisuo vti dubitet, vel pluralitas quidem votorum vni parti faueat, pro altera tamen reliqui Adeffores rationibus itidem grauissimis suffulti pugnant. „Wo aber die Stimmen in ziemlicher Anzahl zertheilet, und Unser Präsident vermerken würde, daß beider Theile Meynung mit stattlichen gründfesten Ursachen verstärkt, oder da in Unserm Reichshofrath Sachen vorkommen werden, darinnen Unser Reichshofrath sich nicht vergleichen möchte, dahero wegen ihrer Hochwichtigkeit deren Erledigung bei Uns vonnöthen, so solle Unser Reichshof-

,raths

„raths-Präſident außerhalb Unserm Vorwiffen nichts endliches schließen“ (R. H. R. O. Tit. V. §. 18. cum qua iungenda eſt §. 20.)
 His itaque temporibus efficitur, vt, vti cauſae generatim omnes, ita etiam cauſae Confiliariorum imperii aulicorum ab ipſo Imperatore dirimantur, idque eo magis, quo minus ſtatibus quidquam eo incommodi accedit, dum Imperator non singulari vnius gratia duciſt, ſed huius vel alterius partis rationib⁹ motuſ rem diiudicat. Nam ſiue ſint ſententiae pares, ſiue reieclae quidem, non tamen tenues, ſed firmis rationib⁹ ſuffultae, tum non ex arbitrio et cupiditate Imperator, ſed ex rationib⁹ ab ipſo ſenatu proſectis, iudicabit.

VI.

Conſectaria quaedam.

1. Non deerunt forſitan, quos iuuet Imperatoris iurarctius in dies contrahere, quibus adeo in mentem veniat, ex lege noſtra illud elicere, vt Imperator Confiliarios, quos munere priuare nequeat, etiam ex Confilio Aulico in alia munera translocare non poſſit, quoniam is, qui male velit Imperio, Caſer optimum quemque Confiliarium hac viae collegio facile mouere queat, quo ipſo moniti ſcopus prorsus non tangeretur. Sed ne locum Ordinationis Imperii Au-

Iicae Tit. I. §. 3. vrgeam, quo dicitur: *damit sie (Reichs-, hofräthe) auch auf Reichstägen und in andern zutragenden Gelegenheiten mit Ruhm und Nutzen mögen gebraucht werden*, huius causae non eadem ratio est, quae missio[n]is. Primo enim in translocatione Consiliariorum nullam reprehendes in eos ipsos iniuriam, quae in dimissione arbitraria cernitur, deinde etiam nil quidquam inde detrimenti capiet imperium, tum certe, cum aliis muneribus negotia imperii attingentibus admouentur. Namque si, vt hoc vtar, Consiliarii Imperii Aulici ad locum Concommisarii Caefarei in Comitiis vel Praefidis Camerae Imperialis euehantur, nonne iis tum idem cum Imperio nexus eademque et maior adhuc foret, quae Consiliariis, bene de patria promerendi occasio? Quod etiam hoc ipso regnante Imperatore Auguſtissimo euenit, quem scimus Illuſtrissimum Comitem de Oettingen a Consiliarii Imperii Aulici loco ad dignitatem Praefidis iudicij Imperii Cameralis euexisse. Tandem vero ista opinione summa Consiliariis Aulac Imperii iniuria crearetur, quippe quibus nunquam licitum foret, munus suum cum alio splendidiore permutare et ad maiora atque altiora adspirare, vt taceam alia opinionum portenta, quae exinde necessaria consecutione efficiuntur.

2. Sed rectius ex iis, quae supra demonstrauimus, sententiam, qua remotionis poena Consiliario imperii aulico irrogatur

gatur, ab Imperatore mutari non posse, concludi potest, Imperatorem *iure aggratiandi* in his quidem causis non gaudere. Quod si reo praeter remotionem aliae adhuc poenae per sententiam infliguntur, ius has remittendi Imperatori salvum erit, remotio tamen a senatu decreta iniuncta stabit.

3. Liceat tandem ob paritatem rationis legem nostram ad *Cancellariam imperii aulicam* applicare. Iure enim possis contendere, quantum Imperii Germanici intersit, ut non cupide muneribus priuentur Consiliarii Imperii Aulici, tantum etiam eius interesse, ut ne libidinose mittantur officiales Cancellariae Imperii Aulicae, faltem principales. Maiores enim profecto vim in imperio habent vterque intimus Imperii Referendarius, quam Consiliarius imperii aulicus signillatim spectatus; quippe qui de omnibus rebus imperii, quae non in Consilio Imperii Aulico tractantur, ad Imperatorem referunt, et ei ipsi adeo a Consiliis sunt. Iurisdictionis autem in eos omnesque omnino Cancellariae Imperii officiales Electori Moguntino competit, *) hoc modo eam

G 3

exer-

*) I. I. Moserus quidem hanc jurisdictionem Consilio Imperiali aulico vindicare conatur (*in der Deutschen Justizverfassung Th. 2. S. 101.*) ipsi tamen fatetur, Con-

ssium huius iuris usum non habere. Pro Electore Moguntino autem, cum plures alii, tum in primis Hanzely V. III. pugnant, qui: „Es ist, inquit, das gesammte

sper-

exercenti: 1. Meram causam ciuilem non ipse iudicat, sed tunc Cancellarius Imperii Vicarius ius dicit per Deputationem Officialium Cancellariae ad has lites dirimendas conflitutam, a cuius sententia ad Confilium *mixtum* prouocatur, e quibusdam Confilii Imperii Aulici et Cancellariae Aulicae membris compositum. 2. In causis autem criminalibus, eisque omnibus, vbi de munere ac honore officialium Cancellariae agitur, Cancellarius Imperii Vicarius nil quidquam sponte potest agere, eae potius ad Electorem, tamquam Archicancellarium Imperii, deferenda sunt, qui quo minus tunc ex arbitratu suo perinde atque Imperator ante Capitulationis Nouissimae promulgationem in causis Confiliariorum Imperii Aulicorum, agere possit, nulla lege impeditur. Quodsi autem, quibus statu mouebantur, Imperatori in Confiliariis Aulicis mittendis legem aliquam scribere, rationes etiam in Cancellaria Imperii locum inveniant, iure optimo ex causae paritate sequi videtur, vt Elektor Moguntinus officiales Cancellariae Imperii aulicac, et in primis Referendarios Imperii Intimos (nam remotio ipsius Cancellarii Vica-

iii

„Personale der Reichshofkanzley
„keines andern als des Kurfürsten
„von Mainz Gerichtsbarkeit un-
„terworfen, welcher solche in min-

„der wichtigen Sachen durch seinen
„Reichsvizekanzler ausüben lässt“
(Anleitung zur Neuesten Reichshof-
rathspraxis Th. I. S. 111.)

rii vix facile eueniet), non nisi praeuia cause cognitione et sententia lata munere possit mouere. Minime quidem a Custodibus incolumitatis Germanicae et Imperii Archicancellariis exspectari poterit, vt in eo umquam aliquid in imperii detrimentum facturi fint, et tales viros sine grauiore ac satis euidente causa dimissuri. Atque in impietatis crimen incurreret is, qui tale aliquid cogitaret, **FRIDERICIS CAROLIS JOSEPHIS, et CAROLIS DALBERGIIS** Archicancellariis, quorum tanta nomina, si quid aliud, patriae amorem possunt accendere. Interim tamen aliquando fieri posset, vt principes patriae minus studiosi, auctoritati aureae Caesareae in Cancellariam Imperii, quae nunquam plane cessare poterit, in imperii detrimentum nimis tribuerent: quare lege nostra omnia haec mala tam a Confilio, quam a Cancellaria Imperiali, facillime poterunt auerti.



is onofre de salmer sur la fin non s'abat en 72 et
les autres sont 13. Ainsi le temps est plus court
que dans les autres et il n'y a pas de temps de
l'heure mais de l'heure et de la minute. Il y a
encore une autre chose à savoir que dans
cette heure il y a deux minutes plus une partie
qui est d'environ 10 secondes. Mais dans une
longue heure il y a 13 minutes et 10 secondes.
Mais dans une heure il y a 13 minutes et 10 secondes.
Mais dans une heure il y a 13 minutes et 10 secondes.
Mais dans une heure il y a 13 minutes et 10 secondes.
Mais dans une heure il y a 13 minutes et 10 secondes.
Mais dans une heure il y a 13 minutes et 10 secondes.

ULB Halle
003 015 432

3



sb.



DE

REMOTIONE CONSILIARIORVM IMPERII AVLICORVM

AD ILLVSTRANDVM LOCVM ART. XXIV. §. 10.

CAPITVLATIONIS CAESAREAE NOVISSIMAE.

S C R I P S I T

E T

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

OBTINENDIS

A. D. XXII. SEPTEMBR. cIcIccxcI.

AD DISCEPTANDVM PROPOSVIT

R V D O L P H V S H O M M E L

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS.

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA.

